



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus
necessariis

Cureau De Lachambre, Pierre

Coloniæ Agrippinæ, 1694

5. Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadit præceps. Eccl.
30.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37935

Sed considera quod virtus non detur, sicut dantur bona, dicendo : *Ego ea relinquo*. Nihil agit in hoc passu, qui loquitur in hora mortis, & qui scribit per manum Notarii in suo Testamento : *Relinquo filio meo meam devotionem, & meam prudentiam*. Ex quo has filius tuus non habebit : si vis ut illas possideat, fac taliter, ut dum es sanus, earum possessionem accipiat, ponendo ipsi ante oculos bona exempla, ex quibus cognoscat, quod hæc possessio sit amabilis, & quod plus debeat amari, quàm divitiarum, & alia bona quæ pereunt.

REGULA QUINTA.

Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadit princeps.
Eccl. 30.

PARAPHRASIS.

Equus qui negligitur & non domatur in tempore, devenit indomitus ; Et infans qui relinquitur in libertate sine reprehensione & castigatione, devenit incorrigibilis.

I REFLE-

Non expecta usque dum tua prole
committat magna crimina, ut cor-
rigatur & reprehendatur : Malitia co-
scit cum ætate, & usque ad eum tem-
num & excessum pervenit, tibi casti-
tio non solum inutilis est, verum etiam
periculosa.

Non expecta ut ejus parvæ inder-
tiones ad sacrilegia perveniant, aut
parvæ cholerae mutantur in furores,
moliantur traditiones aut patriam.
Castiga eum dum adhuc aliquid boni
ris ex eo habere potes, & ille ex tua
veritate aliquid utilitatis sumere. Ma-
nam habe curam, ne alii eum punire
causam habeant, quia hæc ipsa puni-
esset interitus tui filii, perditio tui
noris, ruina tuæ domus, & opprobri-
tuæ posteritatis.

REGULA SEXTA.

*Lacta filium tuum, & parvum
te faciet: Lude cum illo, &
tristabit te. Eccl. 30.*